



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Concilia Provincialia Mediolanensis Sex

Borromeo, Carlo

Venetiis, 1602

De tabulato ad vsum Ecclesiæ distinguendo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62072)

4. De ornatu
&c. sacr. loco
rum.

NE in Ecclesia, aut pro foribus eius, neue in Quatorijs, aliove sacro loco colligenda eleemosynae causa, ne ipsius quidem Ecclesiae aut eius, fabricae, Rectorisve nomine, capsula, vasculum, mensa, aliudve eius generis, etiam extraordinarie collocetur; aut iam collocatum, in posterum permittatur; nisi Episcopi concessu, litteris exarato: tuncque ei capsula, vel rei alia ad id parata, duae clauces apponantur, diuerso fabrilis opere fabricatae; quarum altera teneatur ab eo, quam Episcopus uominarit; altera ab ijs, quorum nomine eleemosyna colligetur. Si contra fiet, poena sit, arbitrato Episcopi, tum eleemosyna collecta locis pijs addicatur illius item arbitrio.

4 Si quae capsulae Episcopi concessu in Ecclesia constituentur, aut collocabuntur, in quas a fidelibus, ut plerisque in locis piceratis studio fit, vel frumentum, vel legumina, vel alia quavis eleemosynae nomine, conijciantur: eae ne intra Capellae, Altarisue, quo fidelium, eiusmodi res offerentium, concursus fit, cancellos, aut clathra ferrea ita ponantur, ut ipsis fidelibus, eleemosynas collaturis, necesse sit cancellos ingredi:

De Tabulato ad usum Ecclesiae distinguenda.

S V M M A R I V M.

Vt viri separatim a mulieribus sint in Ecclesia, Tabulatum conspiciendum. De religiosa in sacris locis conuersat. nu. 7.

- 1 Tabulatum ipsum, quibus in Ecclesijs, qua earum parte, & qua forma constituendum.
- 2 Aqua parte concio habenda, ut aptandum.
- 3 Audienda quoque Missae causa, quomodo accommodandum.

Inst. fab. Eccl. lib. 1. De tabulato ad usum Ecclesiae distinguenda.

T quoniam, ex instituta antiqua, a beatoque Chrysostomo testificata consuetudine, & in plerisque huius Prouinciae locis olim usitata, in Ecclesia separatim a feminis viri esse debent; forma, & modus distinctionis Ecclesiae eiusmodi esse potest. In Ecclesia igitur, insigniori praesertim, a Capellae maioris ingressu, usque ad inuam maiorem, tabulatum, per medium Ecclesiae gremium recta ductum, columellis ligneis solidis, quinque cubitorum spacio singulis inter se distantibus, in pavimentoque firmiter agglutinatis, affigitur; ac si tabulae sectiles, ex quibus compactum est, aliquando amouenda sunt, canalibus parvulis in vnaque

quaque columella ab vno, & altero item latere excavatis, aliove modo confectis, totum alte committitur. Cuius tabulati altitudo cubitis circiter quinque exstruitur.

Ita vero in ianua maiori committatur, ut illam mediam diuidat; sicq; diuisa, ac distincta, partim viris, partim mulieribus ad Ecclesiam aditum, diuisim, distincteque faciat.

Sint autem in tabulato ianua quaedam certis locis perspicuis: qua valuis, & pessulis clausa, tunc solum aperiantur, cum ab vna ad alteram partem transitum necessario fieri opus est.

1. A qua parte autem concio habetur, quod facilius, commodiusque fideles concionatorem, conspiciant; tabulatum cum eo tempore demissius aliquanto extare debeat, a summa parte tabulis committatur, quae fibulis ferreis annexa, & hincinde paruulis pessulis clausa, cum opus est, aperi-ri, & demitti possunt, eiusdem fibulis appense.

2. Quibus etiam in Ecclesijs, aliquando necesse est, ut cum ab vna parte Missa celebratur, qui ab altera sunt, eidem Missae sacro intersint; eadem ratio tabulati demittendi adhiberi poterit.

Fibulae autem ad tabulati demittendi usum, ut genibus flexis, fideles, a qua parte sunt, Sacerdotem, in altera celebrantem, prospiciant; a pavimento distent cubitis duobus; si ad concionis audiendae usum tantum sint, cubitis tribus.

De Sedilibus muliebribus, quas bradel-
las dicunt.

S V M M A R I V M.

- 1 Sedilium, bradellarumue usus prohibetur.
- 2 Communes quae permittuntur.
- 3 Illeque quorum sumptu conficienda.
- 4 Earundem situs.
- 5 Forma, & numerus.
- 6 Bradelle viris interdiciuntur.
- 7 Sedilia qualia illis concedantur.
- 8 Vtque disponenda.